



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

3. Æternitatis gustus quanti sit, illustri exemplo declaratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

II. Æternitas mare est, triceps hydra est, sed & fons est omnis gaudii.

A cruce instar puniti est: æternorum bonorum gaudium est æternum.

III. Æternitatis gustus quanti sit, illustri exemplo declaratur.

Vita S. Pachomii. 29.

Ex te potissimum, mi Christiane, qui concōni sepe interes, sed fortasse rarō attentus es, queritur: Si tu ad mare ftes, illudque minuto cochleari exhaurire instituas, in proximum à latere vicino rivulum, qui tamē ipse etiam mare influat, & sic omnia quæ mari ademerat, à mari resorbeantur: dic jam, quamdiu in exhauriendo mari laborabis? quod si dolo haurire liceat, & in flumen aliorum derivatum effundere, quot annis vel hac ratione hauriendum tibi esset, dum in alium alveum mare transfunderes? interea temporis in flammis sedere, infandum esset tormentum, damnatis tamen gratissimum pactum, & moram dicerent non longam, modò demum sic finiendam, ut evadere liceret Æternitatem.

Apud inferos triceps æternitas.

Finxerunt p̄fici tricipitem nescio quam hydram, cuius B reſecto uno capite, mox aliud atque aliud subnaſcetur: hydra hæc verè apud inferos est, si est ulſum, illic enim æternitas triceps, quæ ad pœnam damni, pœnam ſenſus, & vermem Conſcientiæ nunquam moriturum, velut trigemina capita præfert. Heu miſeros nos & rerum maximarum improvidos, qui viam habemus tam brevem quàm periculoſam, in eâ tamen adeo hilares ſumus & petulanter læti, perinde atque ſi per paradifum & amœniſſima tempe deambulemus, ſecuri ab hoſtibus, jam in patriâ tutò loquadi. Nefcire tamen ſine culpâ non poſſumus, perventuros nos demum ad geminas portas duplicis Æternitatis, quarum illa beatorum, hæc damnatorum eſt; per harum alterutram ingrediendum, prout nimirum in viâ nos geſſerimus.

Laurentius Juſtinianus hanc hilarem viatorum inſaniam miratus: O mortalium, inquit, lugenda conditio, quæ cum ſit exul à patriâ, exulet in viâ! differamus tantisper vaniſſima gaudia, dum patriam contingamus, & hoc unum agamus, ut per illam admittamur portam, quæ principium eſt æternæ beatitudinis. Creavit nos quidem Deus ad delicias potius quàm ad labores, verum hîc neque locus, neque tempus eſt deliciarum, ſed laborum. Æternitatem Deus deliciis aſſignavit, huius verò vitæ ſpatium ad delicias illas promerendas conceſſit. Et quo, inquis, obſequio eas promerebor? Ora- culum noſti: Regnum calorum vim patitur, & violenti- rumpunt illud. Cogita tecum: Egone violentus ille? nimirum in plumis, in poculis, in tripudiis, in deliciis. Ah! certandum eſt generoſè, currendum ſtrenuè, dum vivimus & vigemus, ut in ultimo vitæ articulo, in ipſo Æternitatis horizonte, qui nos in perpetuum ab hac vitâ diſterminabit, & in aliam, quæ totius Æternitatis eſt, tranſcribet, de vitâ tranſactâ gaudere, de futurâ optimè ſperare poſſimus. Laboremus ergo, labore- mus, & vim nobis inferamus, ſic latentem in tempo- re ſempiternam quietem, & æternam ſub pauſis die- bus occultatam gloriam aſſequemur.

Verum ſolidumque gaudium non in vanis his de- lectatiunculis, ſed in æternis voluptatibus querendum eſt. Aſcendit hedera ſuper caput Iona, ut eſſet umbra ſuper caput ejus. Et latens eſt Iona ſuper hedera, latitâ magnâ. Et quid demum eſt omnis huius Mundi ſeu voluptas, ſeu vanitas, an non virens hedera, quæ tex- tilî ſilvâ per parietem inſerpiſit, lætâque ſupra caput umbram explicat? Latantur opulenti lætitiâ magnâ, ſub umbrâ ſuæ hedera, ſuarum opum: latentur gu- loſi & ebrioli ſub umbrâ ſuarum menſarum: volup- tuoli ſub umbrâ deliciarum ſuarum. At extrema læ- titiæ, luſtus occupat. Paravit Deus vermem, & per- cuſſit hedera, & exaruit. Ubi nunc, mi Iona, tua eſt hedera, & ubi lætitiâ tua? exaruit & illa, & iſta, ita proſus hedera noſtra exareſcunt, ſimilique cum illis omne illud umbratile gaudium. Gaudium enim hypo-

Job 20.

Vidit hoc, & maturè, Theodorus, annis adole- ſcens, ſed certè judicio ſenex, Chriſtianis ortus parentibus. Hic, die toti Ægypto feſtâ, cū in ampli- ſimâ parentum domo riſus, cachinni, tripudia perſo- narent, cū geniales menſæ ad epulas invitarent, ipſe clauſo ſed caſto ingemifcens vulnere, ſecum ipſe ſic ex- poſtulare cœpit: Infelix Theodore! & quod inde tibi lucrum, ſi mundum lucreris univerſum? Multa habes, & quamdiu habebis? abundas, epularis, tripudias: & quamdiu hæc omnia? equidem placeret & ſaperet hæc vivendi ratio, modò diu placere poſſet & ſapere. Ecquid autem delicias has retineam, perdam æternas? Dic Theodore, num hoc Chriſtiana legis eſt, in terrâ ſibi cælum effingere, & per delicias ad delicias tranſire velle? aut ego me valde fallo, aut Chriſtus per ſpinas eundem dixit. Abrumpe, & brevibus gaudiis præfer æterna. Dixit & madentibus oculis in penetralem do- mum ſe recipiens, ibique ſe æternis, ſic precari cœ- pit: Deus æternæ, cor meum tibi pater, meus ad te orator, meus eſt gemitus. Quid à te petam, aut quo modo, vix ipſe ſatis ſcio: hæc unum, ô mi Deus, upi- cè deprecor, ne me mori finas æternâ morte. Domine, tu ſcis, quia amo te, & cupio eſſe apud te, & lauda- re in æternum? Domine miſerere. Dum hæc orat, in- tervenit enater, & rubicundulos madidôſque oculos curioſa obſervatrix ſtatim animadvertit, &: Inde, in- quit, hic mœror mi fili? & quæ hæc tua ſolitudo hoc die? jam menſa te vocat, tu unus deſideraris. Cui Theo- dorus: Quæſo te mater, inquit, meam à menſâ ab- ſentiam honeſto purga nomine: nauſeanti ſtomacho cibum vel potum obſcure, nec ipſâ tu ſuaſeris. Ita clementi dolo matrem à ſe renovit, ipſe ſolus cum ſo- lo Deo penitus in æternitatis adyta eſt ingreſſus, cœ- pitque vitæ ſuæ ſtatim omneſſi attentâ cogitatione ri- mari; &: Quis (inquit ipſe ſecum) hæcenus fui, aut potius, quis deinceps eſſe volo, ſi quidem Æternitatis regno nolim excidere? Varia ad cælum via eſt, alius hac it, alius aliâ, modò perveniatur, quid refert quâ? quan- tum varia.

Via ad cælum varia.

do tamen non omnes viæ ſimiles, & nos quoque diſſi- miles, deligenda cuique ea eſt, quam ſibi novit commo- dam. Alia brevior, alia longior ac periculoſior. Si ti- meam in longâ ac periculoſa, ſuper eſt brevis ac ſecura, quam ſi eligam, ſine dubio mecum gaudebunt Ange- li. At mei triſtabuntur? initio quidem, poſtea verò forſan & ipſi gaudebunt. Age Theodore, modò non in longum diſſer, & noli nimis cedere. Spero ſanè me to- re fortem, ubi fortes adverſarios invenero. Quid ſi ha- biturus ſim molles, blandientes, illacrymantes? hic plus mihi metuo. Sed obſtina animum, & quem à naturâ flexilem habes, Chriſto, inſtractum impetra. At quid ſi mater ubera oſtendit? ſcès, quid S. Hieronymus di- cat; ad vexillum crucis evola? virtus eſt in hac re eſſe crudelem. Aliam habes & majorem matrem, quæ ſua patiter oſtendit, & cit illa parrona tua Beatiffi- ma Virgo, quæ tibi deinceps imitat mille matrum erit, ſi tu fueris ejus filius. At res ardua eſt, hæc vitæ mu- tatio, præſertim in ipſo ævi flore. Eſt ardua fateor. Sed experientia loquitur; Plerique hoc ipſo malè Deo ſer- viunt, quod ſerò ſerviant. Rectiſſimè omnium illi, qui ab adoleſcentiâ Domini jugum portare didicerunt. At, delicatè hæcenus nutritus ſum, nunc aſperam vi- tam ingrediar: ferre potero? Spero, ſed quamdiu? in- annum, unum alterumve? hoc ſatis non erit, ultra ten- dendum eſt, ad ſincem vitæ. Perpende itaque, & aut non incipe, aut fini. Puto me in his ſuperandis ſolum non fore, ſed cum ſocio Deo. Verum id quidem eſt, ac-

contra